



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 49. De pactis & distractione pignorum, ac de transactione,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

594-

**S E C V N D V M D V B I V M E S T.** An creditor reneatur computare in fortem non tantum fructus perceptos, sed etiam eos quos percipere debuit, sed sua negligientia non percepit? Vbi adiurte certum esse inter Doctores, tenerit tanquam fraudulentum, si dolo, aut lata sua culpa non percepit; ut cum dominus accepta in pignus solita erat locari, & neglexit locare, cum offerrentur conductores: non tenuit autem, si levissima tantum culpa sua, aut casu fortuito non percepit. Ideoq; difficultatem in eo tantum esse; an reneatur quando non percepit leui sua culpa: De qua re contra Hostiensem in summa tit. De pignoribus, §. Quando efficaciter, sentiunt in verbo Pignus. Angelus, §. 12. Sylla, quest. 11. Rosella num. 8. Armillaria, §. quod teneatur; quia cum pignoratio sit in bonum utriusque partis, creditor tenetur eam diligentiam adhibere in conservando pignore, ut non imputetur ei leuis culpa & negligenta; ex qua si debitorum damnum contingat, ipsum refaciare teneatur; siue contingat in pignore, siue in fructibus pignoris; tam is quo prorulit, quam quo proferre debuit, iuxta illud, quod in lege Creditor qui predium, Cod. De pignoratitia actione, statutum creditorem debere computare in fortem fructus quos percepit ex pignore, vel percipere debuit. *Quod etiam habetur ex lege z.* Cod. De parte pignoris, & omni causa.

595-

**T E R T I U M D V B I V M E S T.** Quam pensionem teneatur in fortem computare is qui domo aut alia re sibi in pignus data vitetur: Ad quod dicendum videtur primo; tenerillam tantum pensionem computare in fortem, qua accepisset ab alio cui talem rem pignoratam locasset; seu secundum aestimationem, qua conducti & locari dominus communiter soleant. Ira contra Speculatorum, cum Panorum ad Cap. Cum contra, De pignoribus, n. 10. habent in verbo Pignus. Angel. §. 13. & Sylla, n. 12. Ratioq; docet; quia creditor non est alterius conditionis quam alius conductor. Id quod procedit quantumcumque aliam domum habuerit in qua habitare posset. Nam co ipso, quod domum pignoratam non locauit cum posset, tenerur refaciare damnum per id dolo, aut lata sua culpa, vel leui datum; adeoque computare in fortem, pensionem eam quam poterat accipere, si aliis qui offerebantur, locasset. Non procedit autem quando sufficiente adhibita diligentia conductorem non inuenit; tunc enim ad nihil tenetur, licet propria domum locauerit, in pignoratam migratus ad eam conseruandam, habitando in ea.

## Modus quo finitur pignus.

## S E C T I O N E IV.

596-

**D**E hac re, quam Molina per sequitur sepe memorato tract. 2. disp. 537. extat Digestis titulus Quib. modis pignorum, vel hypotheca solvitur; vnde habetur pignus finiri primo solutione integra debiti; 1. Item liberatur. Secundo, remissione creditoris, qua debitum remittit, vel ab hypotheca recedit, lego Solvitur. Tertio, alienatione pignoris facta de consensu debitoris, lego Si consensu. Quarto, finito tempore constituto illius durationi, lego Item liberatur. Quinto, si creditore deferente iuramentum debitori, si iuret se non esse debitorem, aut si lata sit sententia absolucionis in favorem debitoris, lego Si deferente. Sexto, exemptione; nempe si creditor emit pignus a debitore, lego Titius. In qua additur septimus modus, subscriptione creditoris; nempe si subscripti instrumento in quo debitor proficitur alteri secum contrahenti, eam rem nulli esse obligatam. Addit ostantum, si solutum sit creditor ex ipsius voluntate, vel alio quocunq; modo satisfactum sit debito de consensu creditoris, iuxta lego Si rem alienam, §. Omnis pecunia, ff. De pignoratitia actione. Item nono, redditione instrumenti publici, seu traditione scriptura de pecunia mutuata vel credita, iuxta legem Labeo, ff. De pactis, & legem Creditricem, Cod. De remissione pignoris. P. eterea, decimo, si debitor offerat debitum creditori, qui non vult accipere, & ideo debitor coram testibus fide dignis, pecuniam in marsupio obsignato depositum in loco religioso, vel apud hominem fidem, iuxta leg. Nec

creditoris, C. de pignoratitia actione. Adhuc unde decimo, nouatione, ex lege Solutum, §. 1. ff. De pignoratitia actione, & ex leg. Nouatione, ff. De nouationib. Est autem nouatio prioris debiti in aliam obligationem translatio, hoc est, cum ex praecedenti causa, ita noua constituitur, vt prior perimitur, prout habet textus in eod. tit. De nouationib. leg. prima. Denique duodecimo, ex consensu creditoris, sicut & ex eodem consensu contrahitur, iuxta legem Si probatur, Cod. De remissione pignoris.

## C A P V T X L I X.

De pactis & distractione pignorum, ac de transactione.

## S V M M A R I V M.

- 597 Quando sit, vel non sit licitum pactum, vt si debitum non solvatur tempore constituto pignus transcat ad dominium creditoris.
- 598 Tale pactum vitiatur, si sit vt fructus antecepiti, sunt creditoris, requiritur, vt iustum pretium intruenerit.
- 599 Illicitum est pactum, vt pignus habeatur in feudum, item, vt redimere non possit.
- 600 Licitum est cum fideiussore pactum in pignore, perinde ac cum creditore.
- 601 Pacta legio commissoria.
- 602 Debitor liberatur a debito, pignore amissus; creditor vero, acceptum retinere potest quandiu ei non solvit integrum.
- 603 Quod posuit illud alteri pignorare, & quatenus.
- 604 Aliquot documenta de potestate quam creditor habet vendendi pignus sui debitoris.
- 605 De tribus casibus in quibus venditio pignoris potest contingere, & qualiter in unoquaque eorum sit procedendum.
- 606 Documenta de transactione.

Notanda de pactis pignorum.

## S E C T I O N E I.

**Q**Vædam supersunt antedictis addenda de pactis pignorum. Primum est, quod si inter debitorem & creditorem conueniat, vt si debitum non solvatur tempore constituto, pignus cedat in ius & dominium creditoris, ac pro vendito habeatur (nempe debito ipso rationem pretii habeante) pactum non valeat; vt nota Hostiensis in summa, tit. De pignoribus. §. Quibus pacti; sequunturque Angelus, in verbo pactum, q. 18. Sylla, cod. verbo, q. 14. & in verbo pignus, quest. 5. & Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 203. Et communem sententiam esse haberetur ex Couar. in lib. 3. variatio, resolut. cap. 2. num. 7. per Cap. Significante, De pignoribus, & legem ultimam, Cod. De pactis pignorum. Pro qua Panorm. ad idem Cap. nu. 7. rationem adserit; quod pignus soleat esse maioris pretij quam debitum, ideoque tale pactum mutuantibus absolute concedere, sit viuram passim inducere.

Verum si ciuiliudi pactum geret non quidem in lucrum creditoris; sed potius in pecuniam impositam, ad correspondam debitorum contumaciam in non solvendo, tunc non esset censendum illicitum; dum modo non accipitur plus, quam sit iuste debitum, serueretur; iustum ipsum pignoris pretium (prout ex Panorm. D. Anton. & Sylla. Nauar. habet incit. 203.) & interuenient mutuus contrahentium consensus, aut iudicis sententia, abfugit; fraus; iuxta ante tradita in cap. 12. causa nona. Quæ vide; & specialiter memineris haberi ex cit. Cap. Significante (quod ad ilud. num. 3. nota Panorm.) talem pecuniam non incurere debitorum, quando vere non potuit solvere. Id enim propterea inculandum est; quod periculum sit ne in eo plerumq; peccetur.

Secundum est, præsumum pactum; nempe vt pignus in pecuniam pro vendito habeatur, nisi ad præfixum tempus redima-

redimatur; corrue si ei adiungatur, quod omnes frumenti, aut pars eorum, capi vñque ad eum diem, sint creditoris, quia factum est in fraudem viarum, & ideo non est permisum. Ita ex Panor. D. Anton. & Sylu. habet Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 217. & videtur satis de se apertum.

Tertium est, pactum factum, vt si pecunia debita intracentrum diem soluta non sit, ex tunc creditor rem iure emptionis possideat pretio communis estimatione iusto, licet est; quia tunc sit quodammodo venditio conditonalis. Hochaberur ex lege Si fundus, §. fin. ff. De pignoribus, traditurque ab Hostiens. in summa De pignoribus, §. Quibus patitur.

Quartum est, si pignori pactum apponatur, quod debitor non soluente die praefixa, ex tunc creditor habeat pignus in feudum, nō valere tale pactum, prout in verbo Pignus Syli. quest. 6. Angel. §. 5. & Tabien. quest. 3. probat; quia fraus fieret legi. Nam in lib. primo feudorum, tit. 27. sic statuitur: Si quis obligauerit rem aliquam pignori eo pacto, vt si statuto tempore pecunia soluta non fuisset, res est leti creditoris, & eam pro feudo habeat; potest debitor quandounque pecuniam soluendo, pacto non obstante, pignus recuperare.

Quintum est, si pactum sit ne pignus possit redimi in perpetuum, vel ante diem praefixam, ipsum non tenere, vt Syli. in ead. q. 6. vt notat argumento Cap. Precarium, De precariis. Idem etiam dicendum esse de pacto apposito, ne post certum diem possit pignus redimi, habes apud Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 203.

Sextum est, licet esse cum fideiustore hoc pactum. Sum fundum hunc in pignus; vt si me non soluere debitus, pro quo fideiustor, tu solueris pro me, tuus si fundus. Hoc notat Syli. in verbo Pactum, q. 14. vers. 4. & habetur expresse in lege finali, ff. De contrahenda emptione. Abesse autem debet fraus, & seruari aequitas iustitia, perinde ac si pactum fieret cum creditore. De qua re Couar. lib. 3. var. refutat. cap. 2. num. 7. & 8.

Septimum est, pacta in pignore reprobata legibus, dictis commissoriis; quia sunt ad instar eius pacti, quod sit in venditione (& dictur lex commissoria) vt si premium non soluat tempore constituto, res sit inempta; de quo antea in cap. 17. quest. 3.

ADVERTE autem pacta eiusmodi non esse sic inuali- da quin iuramento confirmata (quia prohibita sunt tantum leges humanae) seruari debeant obseruentiam iuramenti; nisi id ipsum auctoritate Episcopi relaxetur, vt ex communis Doctorum sententia per Cap. Significante, De pignoribus, notat Couar. ad Cap. Quamvis pactum, par. 2. §. 3. num. 2. Adverte etiam quia leges prohibent huiusmodi pacta, no[n] solum in favorem debitoris, sed etiam in peccatum creditoris; & odium viarum, vt Couar. ibid. attigit, ea nec; tunc valere, cum debitor renuntiauerit tali beneficio.

Octauum est, valere pactum, ut amissio pignoris, quocumq[ue] casu contingat, liberet debitorem. Ita habet Syli. in verbo Pignus q. 6. per rectum expressum in lege Quia fortius, Cod. De pignoratitia actione. His addo quodammodo attingimus obiter, quamdiu debitor non soluit integre debitem, etiamsi modicum tantum quid desit, creditor posse retinere pignus, quoque plena sit solutio, vt ex lege. Quamdiu, Cod. De distractio pignorum, habent in verbo Pignus, Angelus §. 18. & Syli. quest. 8.

Idem cum illis docens Nauar. in Enchir. cap. 17. n. 203. pariter docet, quod si debitor statuto tempore non soluat debitem, creditor possit illud alteri pignorare, exleg. 1. & 2. Cod. Si pignus pignori datum sit. Imo ille alius cui pignus datum est, potest etiam illud alteri dare pignori, & adhuc ille alius alteri, & sic deinceps, prout in verbo Pignus invenit Angel. §. 9. & Syli. quest. 8. contra Speculatorum qui ad tres vices restringendum putauit. Ratio illorum est, quod cum ius in pignore creditoris qualitatem reale sit, ipsum est transitorium de persona in personam, in milie etiam manus. Cæterum in nullo casu licetum erit pignus alteri pignorare pro maiori quantitate, quam sit ea qua debetur, prout facis indicant idem Angelus in sequenti, §. 11. & Syli. in eadem quest. 8. sub finem; quod & aequitas postularat.

## De distractione pignorum.

## S E C T I O N I I .

D E hac re existat Digest. tit. 5. lib. 20. & C. tit. 28. lib. 8. De qua haec occurruunt notanda ex iure ciuili.

Primum est, creditorem licet dominus non sit pignoris, habere tamen ius alienandi illud elapso tempore solutionis constituto, si debitum non fuerit integre solutum, ex lege Si conuenienter t. ff. De pignoratitia actione. Idem iudicium est, si omnibus hereditibus non sit factum, ex lege Solutu. §. Si creditor, cod. tit. Secundum est, ex multis pignoribus obligatis creditorem posse quod voluerit distractare in solutionem, ex lege Creditoris, ff. De distractione pignorum. Tertium est, cum qui res plures accepit pignori, non teneri vnam liberare, nisi persoluum sit totum debitum, ex lege Qui pignori, ff. De pignoribus. Quartum est, quamdui debitum non est integre solutum, creditor habere ius vendendi pignus, ex lege Quamdiu, Cod. De distractio pignorum, quantumcumque modicum restet solendum, ex lege Debitoris, Cod. Debitorem venditionem pignoris impediens non posse.

Quintum est, cum pignus per venditionem iusto prelio alienatum fuerit, id quod residuum est ultra debitum, restituiri debere debitori, ex lege Quamvis, §. fin. De pignoratitia actione; & expressius ex lege fin. §. Sed si quidem, Cod. De iure dominij imprestando. Vbi additur (quod etiam habetur ex lege Qua specialiter, Cod. De distractio pignorum, & ex lege Quodam, §. Pomponius, ff. cod. tit.) si pretium pignoris non sufficerit ad totum debitum solendum, id quod deest creditore posse iure a debitor exiger.

Sextum est, cum qui creditori loco debitoris soluerit, habere potest statim vendendi pignus, sicut habet creditor, in cuius locum successit. Hoc haberetur ex lege Cum secundus, ff. De distractio pignorum. Non acquirit autem dominium pignoris; sed debitor illud tanquam suum recuperare potest offerendo ei pecuniam pro se soluam, ex lege Si creditor, cod. tit. Ex qua etiam habetur, creditorem posse cogi a debitor, vt ibi cedat actiones, si quas habeat aduersus empotem ex venditione pignoris; vt si venditum sit cum pacto, vt illud redimere possit restituto prelio, actionem ibi cedat, qua possit pignus ipsum recuperare ab empote prelio ei restituto.

Septimum est, pignus vendi non posse antequam debitor sit in mora soluendo, ex lege Cum soluenda, ff. De distractio pignorum.

Octauum est, venditionem pignoris posse contingere in tripli casu. Primum est, quando conuentum fuit, vt illud vendere licet. Secundus, quando conuentum est, ne licet vendere. Tertius, quando nihil omnino circa id conuentum est. Atq[ue] in primo casu, secundum formam conuentum procedendum est in venditione; ita tamen ut ea prius debitori semel denuntier idoneo loco, & tempore; neque aliter fieri debere monet D. Anton. 2. par. tit. 1. cap. 15. §. 3. quem sequuntur Tabien. in verbo Pignus, num. 5. Excipe autem cum Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 204. nisi in pacto adiectum sit, vt denuntiatio non sit ad venditioni necessaria; quia tali conditione standum est, saltem cum debitor in eam consentit vtero, aut compulsa quidem, sed iusta de causa, vt ad reprimendam contumaciam in non soluendo, quae in ipso fuerit prius notata.

In secundo calvo vero, cum scilicet deductum est in pactum, ne venditio fieret, tunc quoque creditor non obstante pacto vendere potest; alioquin enim ipsum aduersariet communis bono, tanquam auertens homines a mutuando; dummodo tamen prius ter admoneat debitor, & prout locum cito traduat D. Anton. & Tabien; expressusq[ue] definitur in lege Si conuenienter prima, ff. De pignoratitia actione. Nec sufficiet quod ea tripla monitione fiat vniuersitate, sed triduum debet esse inter vnamquamque, ex glossa ibidem, ad verbum nesci: sequunturque Syli. in verbo Pignus quest. 10. & Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 204. Additum est glossa quod vltra triplam monitionem debeat in hoc casu expectari bienniis; cui fuerit texsus in lege fin. de qua proxime dicitur. Quæ cum ita sint, conuentio, vt creditor non possit pignus vendere, intelligenda est, vt non

604:

605:

vendatur absq; tria denuntiatione facta debitori, quam iuris dispositio requirit. Quia omisla, is qui pignus distraherit, furti reus constituitur, ex cit. lege Si conuenierit.

In tertio demum casu, cum videlicet nullum apposatum est pactum de vendendo, aut non vendendo; potest quidem fieri venditio, sed præmissa denuntiatione, seu monitione, clapsisque duobus annis, prout habetur ex lege fin. §. Sin autem, Cod. De iure dominij imperando: vbi gl. off. verbo *ex denuntiatione*, interpretatur de vna denuntiatione; sequunturque Anton. 2. par. tit. I. cap. 15. §. 3. ver. 3. Angel. verbo *Pignus*. §. 7. Syl. eod. verb. quest. 10. & post ipsos Nauar. in cit. num. 204. Vbi & notat, eam venditionem elapsi duobus annis posse fieri propria autoritate; ante autem fieri non posse nisi auctoritate Iudicis. Illud vero biennium, cum debitum fuerit liquidum, computari debet à tempore vnicæ denuntiationis, quando vnicæ requiritur; quando vero tria requiritur, ab ultima trium ex Bartholo ad supra citata legem Si conuenit. Cum autem debitum fuerit non liquidum, idem biennium computabitur à tempore sententia, ex glossa ad eamdem legem Si conuenierit.

Cæterum procedunt hæc quoad pignus conuentionale, quod vltro traditur creditori à debitore. Quoad iudiciale vero, quod capit pro executione sententia definitiæ; itemque quoad prætorium, quod capit in contruacionem rei non comparenatis, seruatur alius ordo cum ad eorum venditionem proceditur; vt videre est apud Molinam De iust. & iure, tract. 2. disput. 538. ver. Sicut autem. Qua in re tanquam proprie tpectante ad proxim fori externi, non immorabitur, vt nec (*eadem de causa*) in aliis qua ibidem sequentib; versibus idem subiungit de venditione rei in pignus date pluribus creditoribus: aut plurim rerum darum in pignus vni creditoris, & de obligatione qua creditor qui rem datam in pignus vendidit, tenetur de euictione.

Subiiciendum esset his tractatus de assecuratione, fideiustione, & transactione; sed de prima vix relata addenda ad ea quæ diximus in preced. cap. 12. causa 18. & in cap. 28. à numero 381. & aliquo sequentibus. De secunda, nihil obstat videtur quin ad vitandum nimia prolixitatibus fatidum contenti esse possimus antedictis in citato cap. 12. causa 2. Si quis plura requirat, poterit recurrere ad Ludowicum Molinam in sepe memorato tract. 2. à disput. §39. ad 548.

#### De transactione.

#### SECTIO III.

**D**E tercia, cum ad proxim fori externi spectet maxime, contenti erimus pauca monere quæ facere possunt ad nostrum institutum. Reliqua vero qui volet, petere poterit sive ex iurisperitis ad tit. De transactionibus, qui est decimusquintus in lib. 2. Digestorum, & quartus in libro item secundo Codicis, & trigesimus sextus in libro primo Decretalium: sive ex Summulariis in verbo Transactione; sive etiam ex aliis qui de contractibus scriperunt, praetextum ex Molina in eodem tract. 2. disp. 556. 557. & 558.

**A**TQVE PRIMVM SIT, transactionem esse quamdam speciem pauci generatim sumpti: ab eodem vero, proprie sumpto differre, ex leg. 1. ff. De transactionibus, quod hoc de le gratuum sit, & de certa indubitate que factum, & transactio facta sit de re dubia, neendum per sententiam definita, hic inde dato & accepto aliquo. Vbi per rem dubiam intelligitur quæcumque in iudicio tractatur, ac super quam lis pender, aut certe de qua nobis item esse mouendam, suspicari possumus. Quodque additur, neendum per sententiam definita, indicat, non esse locum transactioni postquam lis per sententiam Iudicis finem accepit: nisi adhuc aliquo appellatio remedii, aut alio, posset talis sententia impugnari: tunc enim valet transactione, ex lege Eleganter, §. Post rem, ff. De conditione in debito. Et quod postremo ponitur (*huius inde dato & accepto aliquo*) indicat transactionem non posse esse gratuitam, sed semper vtrumque transigentium debere in aliquo onerari; nempe, vt unus item remittat, & alter eo nomine, aliquid ei det.

**S**ECUNDVM EST, transactionem non habere minorem vim, quam rem iudicatam, ex lege Non minorum, Cod. De transact. Quod quidem constitutum esse causa minuendarum litium, intelligitur ex lege Fratris, cod. tit. Sicut igitur res iudicata, neque rescripto Principis, neque prætextu instrumentorum postea repertorum potest retractari: ita nec transactio bona fide semel inita, ex lege Caufis, & ex lege Sub preteritu 1. & 2. Cod. ibid. & ex Cap. 1. de transactionib. Dico bona fide, quia si dolo, aut meriti graui transactio facta sit, ea rescinditur, ex ead. lege Sub preteritu.

**T**ERTIVM EST, transactionem adeo favorabilem censeri, cum sit modus finiendarum litium, vt Iudex ex officio suo ante quam ferat sententiam, litigantes ad illam pro utili inducere teneatur, iuxta Cap. finale, De transactione: nisi causa eiulmodi sit in qua transigere non licet, vrde beneficio Ecclesiastico, ex cap. 4. & de subiectione spiritali, ex cap. 10. tit. eodem. Ratio vero est, quod cum transactio gratuita non sit, sed fiat aliquo dato & accepto, si de re spiritali feret, labe simonie inficeretur, ex cap. 7. cod. item tit.

**Q**UARTVM EST, transactionem ad alias res, vel personas non extendi, quam illas de quibus nominatis in ea actum est, ex lege Si de certa, Cod. De transact. Erita qui cum uno curatore vel tutorre transfigit, non censetur cum aliis transfigi, ex lege 1. cod. tit. Item si iureurando firmata sit, is qui eam infringit infamia notatur, & actione cadit, penæque subiicit, prout habetur ex lege Si quis maior, ibidem.

**Q**VINTVM EST, transigere posse cum qui potest paciendo alienare. Hinc enim est, quod regulariter procurator transigere non potest, etiam si liberam habeat agendi potestatem; quoniam aliud est agere, aliud item decidere, ex lege Transactionis, Cod. eod. tit. & ex Cap. Qui ad agendum, §. finali. De procuratoribus in 6. Exice cum glossa ad eandem legem; nisi vel speciale mandatum ad id habeat, vel in rem suam, vel omnium bonorum sit procurator. Inde quoque est, quod tutors, procuratores fisci, vafalli, administratores ciuitatis, Ecclesiarii Praetarii, & alii similes si transfigant de iure dubio, id facere non possunt cum rerum immobilium alienatione, aut condonatione, seu remissione iuris liquidis, prout habetur ex lege Praes., eodem titulo.

Atque de contractibus hac hæc tenus; ex quibus licet intelligere, quod possit in illis committi, tum peccatum usuræ, vt cum ob solam dilationem solutionem lucrum accepitur: tum peccatum concussonis, cum aliquid exigatur in mercedem, ultra illud quod ex aequitate debetur; tum etiam alterius iniustitiae, quoties contigerit vnum contrahentium pte alio grauari: tum demum peccatum immissericordia; cum contigerit ad solutionem virgi debitorum, qui nequit eam facere fine suo graui incommode; cum tamen creditor dilationem ei dare possit sine aliquo, saltem notabili.

#### TRACTATUS VIII.

#### De quasi contractibus ciuilibus.



**N**TEDICTIS adiungenda est consideratio nō nullorum quæ propter obligationem quam inducunt, non absimilem ei quæ oritur ex contractibus, dicuntur quasi contractus; qualia sunt officia ciuilia priuata, ex quibus aliqui aliquibus obligantur priuatum, ad obsequium eis exhibendum, idque gratis; quod additur, quia contractus erit locationis operæ, si pro pretio, seu mercede exhibeat; et si nihil obstat quin aliquid in remunerationem oblatum, accipiat, prout explicat Molina De iust. & iure, tract. 2. disput. 548. ver. Locatio. In hoc genere ponuntur, officium mandatarii, & officium procuratoris, de quibus ipse Molina in eadem disput. §48. & quatuor sequentibus: illudq; est quod mandante, hoc vero, quod rogante alio quis suscipit volens. Item officium gestoris negotiorum, de quo idem consequent.

disput. 553. & 554. estque illud quod quis vltro suscipit gerendi negotiorum alterius, inscio ipso, nec mandante. Itemque officium tutorum, aut curatoris, quod suscipere compelluntur auctoritate publica. De hoc idem ibid. disput. 555. & latius in praecedenti disput. 220. & quinque sequentibus, differens de iisdem tutoribus, & curatoribus. Ad quem recurrere debet is cui non sufficiente alias dicta à nobis; maxime in hoc libro cap. 9. à num. 141. ad num. 153. & in præced. lib. 20. num. 56. Censeri pariter possunt ciuilia officia publica, esse quasi contractus cum Republica ini. Itemque (*nisi malis vocare semicontractus*) donatio, testamentum, & legatum. Itaque pro plena ratione iudicandi de peccatis in hoc libro nobis proposita, nonnulla adhuc dicenda sunt, tum de officiis mandatarijs, & procuratorijs: tum de officio gestoris negotiorum: tum de donatione, testamento, & legatis; & ad modum appendicis in complementum addendum aliquid de dissolutione obligationis, sive ex contractu, sive ex quasi contractu ortæ. De ciuibibis vero officiis publicis particularis tractatus huic addetur.

## C A P V T L.

## De officio mandatarii, &amp; procuratorijs, ac gestoris negotiorum.

## S V M M A R I V M .

- 607 Quid sit mandatum, & duo documenta de forma mandati.  
 608 Documenta de susceptione mandati, & de eiusdem reuocatione, & de obligatione mandatoris suppeditandi necessaria ad mandati executionem.  
 609 De cessatione mandati per mortem mandatoris, aut mandatarii, & de qua culpa teneatur mandatarius: ac de mandato contra bonos mores.  
 610 Definitio Procuratorijs.  
 611 Procurator alijs est ad literes, & aliud ad negotia, & que etas in illis requiratur.  
 612 Procuratorijs legitime constituti auctoritas.  
 613 Due obligationes gestoris negotiorum.  
 614 Due actiones eisdem respondentes.  
 615 De quibus teneatur negotiorum gestor.

**D**IGESTIS lib. 17. & Cod. lib. 4. titulus habetur Mandati, vel contra: habetur item De procuratorijs Digestis lib. 3. & Cod. lib. 2. ac in Decretilibus, tam nouis, quam antiquis libro primo; habetur demum De negotiis gestis, ff. lib. 3. & Cod. lib. 2. Ad vitandum autem prolixitatem nimiae fastidium, de singulis attingemus paucis aliquot documenta accommodata ad nostrum institutum.

## Documenta de officio mandatarii.

## S E C T I O N . I .

**P**RIMVM est, mandatum nihil aliud esse quam officium, sive ministerium quod ab aliquo gratis exhibetur in gratiam solius mandatarij, vel illius simul & mandatarij, vel in gratiam aliquis tertij, ex lege 2. ff. Mandati. Pro huius pleniori intelligentia videndus est Molina in citato tract. 2. disput. 548. vbi, vers. Locatio autem, monet illud q. in ea definitione indicatur: ad officium mandatarij spectare, vt ipsum gratis exhibetur; non obstante quin exhiberi possit ppe remuneratione accipiente. Nam & cum si exhibetur, censetur gratis exhiberi; quod a quidem mandator tunc etiam ad compensationem obsecuji fibe exhibiti, non est aliter obligatus, quam ex gratitudine; sive volunt se obligatum ex iustitia, non mandavit proprie, sed conduxit prelio operam alterius.

**S**E C V N D V M est, ve gelta per mandatarium sint valida, requiri, vt seruet formam mandati: quia patia sunt, præter, vel citra mandati formam, & cōtra eam agere; unde si non seruet, nihil præjudicabit mandanti: sed si quod datum illud sequatur, tenebitur illud refarcire, ex lege 3. 4. & 5. ff. Mandati: tenebiturque emptori de euicione, si mandator rem suam taliter alienatam sibi vendicet, prout

posse, habetur ex lege Cum mandati; Cod. eod. tit. De quare Molina disput. 552. Aduerte vero ad mandatorē nihilominus per innere commodum profectum seruare forma mandati, ex §. Is qui exequitur, Institut. De mandato, & ex lege Diligenter, §. finali, ff. codem titulo. Exemplum est, si mandauit tibi vendere equum meum centum, & tu vendidisti centum & decem: aut si mandauit tibi equum emere mihi pro centum, & emisti pro nonaginta, illud emolumenumentum meum est.

**T**ERTIVM est, quod colligitur ex lege 3. & 46. ff. Mandati. Quando certa mandati forma prescripia non est, si mandatarius rem bona fide rationabiliter gerat, mandator ei perinde obligatur, ac si certam formam prescripsit, quam seruasset. Itaque in tali casu, si mandatarius rem mandator vendat, credita pecunia: & artentis circumstanciis id rationabiliter, prudenterque factum apparat, id ipsum debet idem mandator ratum habere.

**Q**UARTVM est, quod habetur Institut. De mandato, §. ii. his verbis: mandatum cuiilibet suscipere liberum est; suscepimus autem consummandum est, aut quamprimum renuntiandum: vt per semetipsum, aut per alium, eamdem rem mandato exequatur. Nam nisi ita renuntietur, ut integra causa mandatori seruetur eamdem rem explicandi: nihilominus mandati actio (ad damna scilicet omnia video subsequita, quod sua culpa mandatum non impleuerit) locum habet; nisi iusta causa intercesserit, aut non renuntiandi, aut intempestive renuntiandi. Hæc ibi, Circa quæ videndum est Molina in citato disput. 552. art. 2.

**Q**VINTVM est, mandatorem posse in integra reuocare mandatum, hocque reuocatum euanefcere. Ita habetur ex præced. §. 9. Init. Indeque Molina ibidem, vers. Mandator, colligit argumentum à contrario sensu, re non integra, seu negotio inchoato, reuocare non posse, si ex reuocatione ei cum quo negotium inchoatum geritur, vel mandatario damnum proueniat; nisi forte iusta aliqua causa excusat iudicio prudentis. Ceterum si damnum non proueniat, nihil est cur negetur posse mandatorem, re eriam non integra, reuocare mandatum suum, quandoquidem actio mandati datur ad interessus; sive hoc non sit, nec illdatur, ex lege Si procuratorem, §. Mandati, ff. Mandati.

**S**EXTVM est, mandatarium si expensas aliquas faciat post mandati reuocacionem sive expressam, sive tacitam, quam ipse probabilitate ignorauerit, posse eas recte à mandatore exigere. Item in, Institut. De mandato; quia iusta alioqui & probabilis ignorantia damnum illi affert. Vbi aduerte (quod habet Molina disput. 549. vers. Simili modo) celebrato mandati contratu, ex parte mandantis resultera oblationem soluendi mandatario si quid expenderit in mandato exequendo; contribuendique ei necessaria ad mandati executionem, quando non fuerit aliud expressum; itemque soluendi eidem, si quid in gratificationem promisit dum contractus mandati celebrabatur. Hæc ille; quibus addit quadam pro foro externo.

**S**EPTIMVM est, mandatum exprimere morte mandantis, si res sit integra, ex §. proxime citato, & ex lege Mandatum, Cod. Mandati: adde & morte mandatarij, cum pars sit conditio contrahentium. Unde per argumentum à contrario sensu, si res integra non sit, sed negotium peragi coperit; neq; mandantis, neque mandatarij morte mandatum exprimere: sed mandatarium posse, & teneri illud prosequi dum manet & periesea eo in mortuo; ipsius haeredes, prout annotat Molina in fine memorata disputationis.

**O**C T A V V M est. Quando mandatum in solius mandantis virtutatem suscipitur nulla expectata mercede: mandatarij teneri tantum de lata culpa. Quando vero suscipitur in virtute quoq; mandatarij, is teneatur etiam de leui culpa, secundum communis iuris regulas: nō autem de levissima, nisi forte res mandata requirat exactissimam diligentiam: ad quem casum restringenda sunt iura quorum meminiit Molina in eadem disput. 549. vers. Exequanta.

**N**O V M est, mandatum quod est cōtra bonos mores, nō esse obligatorium. De hoc pluribus Molina disput. 550. pro foro externo. Pro interno facit quod ibid. initio habet, mandatum generale ad omnia, non exendi ad illicita, Et si quid mandatarius accepit pro re illicita patranda,

teneri